



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Baccius Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Cardinalis Aldobrandinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

moderatur, & regit ; censeo eidem Beato Thomæ Sanctorum
cultum decernendum, eiusque Christianas virtutes fidelibus pro-
ponendas ad imitandum.

**Baccius Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei
Cardinalis Aldobrandinus.**

Maximum, Beatissime Pater, proponitur Christi fidelibus
imitandum exemplum, dum Beatus Thomas de Villanova
sacerdos aris venerandus exhibetur ; cœlestibus enim obse-
cutus oraculis, arctam, asperamquæ viam, quæ dicit ad Vitam
latam, ac planè autrem, eleemosynis præsertim, & pietate in-
egenos sibi aperuit : Regijquæ Prophetæ monitis eruditus, pau-
perum miseri voluit, ut in æternum non commouendus, dispo-
neret sermones suos in iudicio ; atquæ auro, quod erogarat in
miseros, coronatus, Iustorum pretiosa morte non tam interiret,
quam beatæ vitæ nasceretur. Tanto igitur & Christi Discipu-
lo, & Christianorum Magistro, summos Ecclesiæ militantis ho-
nores haud differendos censeo.

**Ioannes Baptista Tituli Sanctæ Susannæ
Cardinalis Spada.**

Beatissime Pater : Iste Seruus Dei mirabilia fecit in vita sua ;
Etenim post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ the-
sauris : quinimò Episcopatus redditus in pauperes ita erogabat,
ut ad se nihil pertinere, sed proprium ipsorum patrimonium es-
se, & illis debitum soluere, non eleemosynam elargiri profitere-
tur. Modus insuper, quo subditos à noxijs retrahebat, & ad poe-
nitentiam prouocabat, nempe se ipsum seuerissimè verberando ;
illos verò suauissimè corripiendo, demonstrat summam, qua erga
Deum, & proximum, charitate ardebat : Miraculis etiam in-
vita, & post mortem claruit ; quapropter cum bonum certamen
certauerit, cursum consummaverit, fidem seruauerit ; reposita est
illi